

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiarium Et Loca quædam
vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum
Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium,
Patauiensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Diplomata quae hic insinuantur, ist haec sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

catiè nostrâ fruemur. Vtraq; sancè moneta, nostra videlicet ac etiam ciuitatis prædictæ, absq;e impedimento partis alterius, cursum debitum obtinebit. Ceterum tam Episcopus idem, quam Capitulum, & nos, caslabimus & refutabimus instrumenta quælibet, siue priuilegia, obtenta olim ab alterutram partium contra alteram, puta, de Lynza & Anafo, & consimilibus, vtrobiq; carebunt ex nunc omni robore firmitatis. De viualibus Domini Episcopi, ac etiam capituli, & Conuentus dominarum Patauiensium in terris & aquis nostris, per Bauariam, nec muta, nec theoloneum requiretur. Et hoc ipsum nobis obseruabitur in omnibus locis Ecclesiæ supradictæ. Demùm si quis ex ministerialibus vtriusq; partis, & alterius familiæ vxorem duxerit, gratum vtrinq; tenebitur, & proles inde nata æqualiter diuidetur, & primogenitus patrem sequatur, ex iure pertinentiae; vnicus autem hæres communis erit, & proles ex eo genita diuidetur. Nec ob alternata huiusmodi coniugia carebunt iure suo proprietatis vel feodi contrahentes, hoc iure seruando de cōtractibus, tam presentis, quam futuris. Ad quorum omnium perhennem obseruantiam, iuramentis partium super altare beati Stephani prothomartyris confirmatam, præsentem literam sigillo nostro placuit communiri, cum testibus annotatis, qui sunt; Meingotus Præpositus, Poppo Decanus, Otto Cantor, & cæteri fratres eiusdem capituli. Ex laicis verò, Fridericus Burggrauius de Nurenberg, Albertus de Hals, Hainricus de Rorbach, Otto de Frauenberg, Heinricus de Pheling, Grimaldus de Preysing, Heinricus de Rorr, Wimarus Asinus, Hartliebus de Weniser, Richgerus de Alhaim, Hainricus de Harthaïm, Otto de Trima, & alij quam plures. Actum Patauiæ anno incarnat. Domini MCCLXII. Calend. Ianuarij.

Diplomata quæ hic insinuantur, isthæc sunt.

Ccc.

L

*O*ttocarus De gratia Rex Boemorum, Dux Austriæ, Styriæ, Marchio Moraviæ, vniuersis suis Iudicibus & officialibus per Austriam gratiam suam, & omne bonum. Licet omnium Ecclesiæ profectibus & quietis semper intendere totis viribus teneamur, venerabilis tamen patris, domini Pataueni. Episcopi, quem, propter suæ deuotionis merita, quibus nobis ab antiquo gratus existit, & Ecclesiæ suæ Pataueni. ac hominum suorum, iura & libertates, quibus ab aliquibus est saepius derogatum, volentes firma & illibata in posterum conservare sub obtentu gratiæ nostræ; vobis vniuersis & singulis damus firmiter in mandatis, vt in bonis & possessionibus ipsius domini Episcopi, quounque censentur nomine, nullam præsentementes exercere iudicariam potestatem. His statim exceptis casibus, qui damnationem mortis requirunt, in quibus suam iurisdictionem non debet nec poterit exequi, sed ad forum pertinent Iudicis temporalis. Præterea cum sui, & nostri homines gaudere meritò debeat equo iure, vestra similiter vniuersitati præcipiendo districte cōmittimus, vt ciues ipsius de Mauitarn, de Euerdinge, & quoscumque alios homines ipsius, per aquas & terras, omni iure & libertate perfaci securè ac liberè permittatis, quo nostri ciues & homines gaudere in huiusmodi cognoscuntur, nec ipsos in aliquo, contra huiusmodi mandati nostri seriem, de cætero impedire, vel artare, super quo turbaremur grauiter, attemptetis, scientes, quod omnes, qui in præmissis eidem domino Episcopo de se præstiterint vltierius materiam conquerendi, animaduersione seuerâ taliter puniemus, quod cæteris in exemplum trans-

transbit, & eos nostri mandati pœnitentia fuisse in aliquo transgressores. Datum
in Egenburg Anno domini M. C. C. L X V I . idus Martij.

II.

Petrus Dei gratiæ Ecclesiæ Patauiensis Episcopus, omnibus in perpetuum ad memoriam reuocantes, quantis, & quām periculis laborum angustijs serenissimus Dominus noster Rudolfus, Romanorum Rex semper Augustus se ipsum exposuit, & torius Republicæ vires viriliter excitauit, ad hoc, vt nos, & alios Ecclesiæ prælatos, quos vexabat afflictio multiplex, & multorum Tyrannides impetebant, de iugo eriperet pessimæ seruitutis, & ad culmen reduceret pristinæ libertatis, dignum & debitum estimamus, vt prædictum Dominum, qui benignum se nobis exhibuit, in se ipso & suis liberis, quantum secundum Deum & iuris permissionem possumus, honoremus. Sanè cùm post remotionem illustris Principis, Ottacari Bohemorum Regis, & ipsius voluntariam cessionem de terris Austriae, Styriae, Carynthia, Carniolæ, & Marchiae, fuerit declaratum, quod feuda, quæ Principes prædictarum terrarum à nobis & Patauiensi Ecclesiæ possidebant, vacarint nobis & Ecclesiæ Patauiensi simpliciter & præcisè; prædictus Dominus noster partem prædictorum feudorum, cum prædictis alijs libertatibus & donationibus, quæ inferius exprimuntur, de feudis eisdem deduxit, & in Patauiensem Ecclesiam Iure pleno, & collatione perpetuâ, transtulit, volens & statuens, vt eadem bona feudalia esse desinant, & de cæteris Dominicalibus Patauiensi Ecclesiæ, cum omnibus suis utilitatibus & vīsib⁹, Iuribus & pertinentijs, sint coniuncta. Nos vero, desuper delibera-
tione præhabitâ cum Capitulo nostro, & alijs, quorum requirere in hac parte consilia tenebamur, omnia & singula feuda, quæ nobis & Patauiensi Ecclesiæ, per mor-
tem Principum prædictarum terrarum, in eisdem terris, & alias vbi cunq; vacare ceperint, Illustribus filijs prædicti Domini nostri, videlicet, Alberto, Hartman-
no, & Rudolpho, & eorum heredibus masculis, Iure feudi contulimus, ipsosq; ad instar & formam prædictarum terrarum Principum, infeudauimus, de ijsdē
hijs duntaxat bonis exceptis, quæ Dominus noster seruauit, & contulit, de quib⁹
suprà meminimus, & inferius certis nominibus exprimemus. Præpter hoc autem
prædictis filijs Domini nostri hanc liberalitatem facimus, vt & ipsi, & eorum po-
steri, accepti beneficij memores, nos & Patauiensem Ecclesiam soueant, diligat,
& honoret, quoddq; gratiam nobis & Ecclesiæ nostræ factam à patre ipsorū, dño
nostro, superius nominatam, quæ inferius exprimitur, gratia & ratâ teneant, nec
subuertere studeant; sed aduentant potius, quod à Deo recipient potiora, si Ec-
clesiæ se deuotos exhibeant, & paratos prebeant in earū Iurib⁹ & honoribus cō-
seruandis, illis tamē præcipue, quarum beneficiis ad obsequia obligantur. Sunt
autem hæc nomina bondrum, possessionum, Iudiciorum, Iurisdictionum, & lu-
rium, quæ dictus Dominus noster, tam de feudis prædictis, quām de alijs bonis
in nos & Patauiensem Ecclesiam donatione, largitione, & concessione regali, Iu-
re pleno & perpetuo transtulit, & Dominicalibus Patauien. Episcopi adunauit;
Forum Trebense, cum omnibus suis pertinentijs, agris, pascuis, syluis, pratis,
molendinis, pescationibus, aquis, aquarum decursibus, iudicio, videlicet
causarum ciuilium & criminalium seu sanguinis, Naulo, vel iure Passagij,
Theolonicj, quod datur ibidem de omni grano, cum omnibus & singulis redi-
tibus, prouentibus, utilitatibus, & Iudicijs quibuscumque, quæ ad Principem
terre Austriae pertinebant ibidem, cum insula adiacente, quam illustris Rex
Bohemiar, pro ysu & commodo ciuium, quondam annexauit dicto foro;

quæ omnia pro redditibus annuis octoginta librarum nobis & Ecclesiæ nostræ assignauit perpetuò possidenda. Item villam in Garznikh, cum agris, silvis, & pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, & omnivilitate, ac iure & iudicio ciuili & criminali, & aliis quibuscunque, quæ ibidem ad terræ Principem pertinebant; quam villam, cum suis pertinentijs supradictis, pro redditibus annuis viginti nouem librarum nobis & Ecclesiæ nostræ ibidem Dominus noster assignauit perpetuò possidendam. Item in villa Hollern sex mansos, & dimidium mansum, qui Lehen vulgariter nominatur, quatuordecim libras soluentes, quos ibidem Dominus noster nunchabuit liberos & solutos, cum omni iure, sicut in superioribus est expressum, denauit & concessit nobis etiam & Patauiensi Ecclesiæ supradictæ. Item ius Aduocatiæ in bonis ac Prædijs Patauien. capitulo, in Villis Pischolffdorf & Olern, Neuunsidelij, & alias ad eandem aduocatiam pertinentibus, cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis principi terra, pro iure, quod Marschul dicitur, pro triginta quatuor librarum redditibus, minus sexaginta denarijs, nobis & Ecclesiæ nostræ contulit perpetuò possidendum. Item iudicium criminale vel sanguinis in sancto Ypolito, in Trayzemur, in Kunigsteten, & alias in bonis & possessionibus ac hominibus Ecclesiæ nostræ sitis in Tulnensi Iudicio, quo cunque nomine censeantur, non obstante, quod idem iudicium ad Dominum terræ Austriae pertinebat, dedit, tradidit dictus Dominus noster nobis & Ecclesiæ nostræ perpetuò, cum iure pleno, & mero Imperio iudicandi his adiecit septem librarum redditus in Tayrenmaur, & unius libræ in Mautarn, quæ iudicio Tulnensi, nomine Aduocatiæ, dari haec tenus consueuerunt annuatim, sic, ut ammodo iudices Tulnenses, vel alij qualescunque, nullum ius, nullumque iudicium, seu exactionem, Aduocatiæ nomine ibidem sibi audeant vindicare. Huius autem iudicij, aduoeatæ, & reddituum prouenus & fructus dedit & tradidit nobis & Ecclesiæ nostræ pro redditibus annuis quadraginta trium librarum, & sexaginta denar. Wenn. æstimatos. Hoc adieci, quod memoratus Dominus noster, si voluerit, assignabit nobis & Ecclesiæ nostræ, usque ad festum Purificationis B. Mariæ Virginis proximum, & ab inde & per annum, tot librarum redditus de feudis ad Ecclesiam nostram pertinentibus, de quibus suprà dictum est, in locis congruis, adiacentibus Hofmarchijs Ecclesiæ nostræ supradictæ. Quâ assignatione completâ infra predictum terminum constitutum, quæcumque nobis & Ecclesiæ nostræ dictus Dominus noster assignauit pro redditibus quadraginta trium librarum, & sexaginta denar. ad iam dictum Dominum nostrum liberè reuertentur. Quod si assignationem non fecerit infra terminum suprà dictum, ex tunc assignatio omnium predicatorum, tam libera quam perpetua, ex donatione Regia nobis & Patauiensi Ecclesiæ nostræ remanobit. Ex nunc autem idem Dominus noster dedit & concessit nobis, & Ecclesiæ nostræ officialibus, quos nos & successores nostri Patauienses Episcopi ad hoc duximus ordinandos plenam & libram potestatem iudicandi de criminibus, & iudicium sanguinis exercendi, ac in tribus locis, videlicet in sancto Ypolito, Mautarn, & Tezenmaur, furcas seu patibulum, Truncos, & Tormenta alia, quibus reorum criminibus puniantur, publicè erigendi, concessio ipsis eo iure, quod bannum vulgariter appellatur, seudorum tamen predictis Domini nostri manibus remanebit tantum pro tempore vita suæ. Quod si filii sui decederent sine heredibus masculis, dicta feuda ad nos & nostram Ecclesiam Patauiensem reuertentur. Cæterum si quæ feuda predictæ Ecclesiæ nostræ alias, quam per mortem dictorum Principum, uacare cœperunt, vel incipient in futurum, de illis nos vel successores nostri, in vilitate & com-

& eommodum eiusdem ecclesie nostrae tenebimus ordinare. Ad quod utiliter exequendum, nos & Ecclesia nostra prefatum Dominum nostrorum, & liberos suos, adiutores habebimus, & utiles promotores. Testes presentis ordinationis sunt Venerabiles in Christo Patres & Domini, Bertholdus Babenberg. Ioannes Chunensis, & Bernhardus Secowien. Ecclesiarum Episcopi: Illustris Albertus Dux Saxonie, Albertus & Hartmannus filii Domini nostri, Comites de Habsburg, Fridericus Burggravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Cazenellenbogen, Marchio de Hachberg, Philippus de Bolandia, Vlricus de Tuneres, Magister Gotfridus, Domini nostri Romanorum Regis Prothonotarius, Praepositus Solien. Otto de Berchtoldsdorf Camerarius Austriae, Vlricus de Pillichdorf Dapifer Austriae, Ioannes de Meinsvvanth, Vlrichus de Vichouen, Werkardus de Slet, Bertholdus de Haidendorf, milites. Magister Conradus, Scriba Austriae, & alij quam plures. Et ut omnia supradicta robur obtineant firmitatis, literas presentes nostro, & venerabilis capituli nostri Patauiensis sigillo iussimus communiri. Datum apud nouam Ciuitatem 8. Kal. Decemb. Indict. 6. anno Domini M. CC. LXXVII.

III

Rvdolfus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus, praesentes literas inspecturis, gratiam suam & omnem bonum. A primordijs nostri solij, sub illius nomine, per quem Reges regnant, principes obtinenter principatus, & a quo suscepimus nostrae sublimationis auspicia, nostri regiminis dispositionem prouidimus taliter dirigendam, quod eos, per quos cepit, & in quibus consistit nostrae gloriae celitudo & qui in partem sollicitudinis sunt vocati nobiscum, ut a nostra celitudine deus recipient & decorem, & sub felicis nostri dominij nouitate cuiusdam innovati restorationis refloreant, novo gratiae nostrae beneficio foueamus. Noueritigitur praesens aetas, & successura posteritas, quod nos integræ fidei puritatem, & deuotionis sinceræ constantiam, quam Ecclesiastici Principes, per Romanum Imperium constituti, ad nos, & ad imperium ipsum habere noscuntur, benignius intuentes, pensantes quoque grata, quæ nobis & eidem Imperio impenderunt, obsequia, & adhuc impendere poterunt gratiora; praedictis nostris Ecclesiasticis Principibus, vniuersis & singulis, in Romano Imperio constitutis, omnes libertates, donationes, indulgentias, gratias, atque merita, eisdem à diuina recordationis Friderico ultimo, Romanorum Imperatore, praedecessore nostro, ante latam in eundem excommunicationis & depositio- nis sententiam, & à suis antecessoribus, inclitis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ritè & prouidè tradita & concessa, de benignitate Regali liberaliter innouamus, confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ innovationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere præsumperit, grauem nostræ indignationis offensam se nouerit incursum. In cuius rei certitudinem, & perpetui roboris firmitatem, praesens scriptum exinde conscribi, & maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Datum Nurenberg. XI. Kal. Decembr. ind. III. Anno Domini M. CC. LXXIV. Regni vero nostri an. II.

IV

Rvdolfus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis Imperij Romani fidelibus, praesentes literas inspecturis, gratiam suam & omnem bo-

num. Cām fidelium Imperij priacipum votis & supplicationibus fauorabili annuimus, cūm eorum desiderijs facilem exauditionis aditum pandimus, ipsos erga nos, & ipsum Imperium, adferuentiorem fidei constantiam obligamus. Sanē existentibus nobis apud Patauiam, venerabilis eiusdem loci Episcopus, princeps noster fidelissimus; nostrā adiens præsentiam, supplicauit, quod cum ipse & sui Antecessores tres numero continuè, ex concessione clarae memoriæ quondam Friderici Romanorum Imperatoris, nostri prædecessoris, fuerint inquietā & pacificā possessione, seu quasi, iuris recipiendi mutam, seu theolonium in Oberaperge à transiuntibus nauibus in fluvio, qui Enus in vulgari nomine dicitur, sal & alia mercimonia deferentibus, de talento quolibet maioris ligaminis scilicet, XIII. s. longos & X. deñ. visual. monetae paucæ super eo priuilegia memoratus Episcopus inuenierit. Nos de solitâ Regalis benignitatis clementiâ, conscientiæ suæ consulere dignaremur. Nos autem in debitę considerationis trutinā supradicti Episcopi devotionem, & fidei quā patēter erganos & imperium clariū virtutum actibus floruit, constantiam reuolentes eiusque deuotis supplicationibus fauorabiliter inclinati, eidem auctoritate Regiā indulgemus si qua per ipsum, vel suos officiales, in dictis Mutis, seu thelonijs, hactenus illicitè forsitan sunt recepta, purgata & licita, quò ad eius conscientiam, & animæ suæ salutem, purgato, per subsequentem ratihabitionis nostræ gratiam, conscientiæ suæ scrupulo huiusmodi, decernentes. Insuper cupientes gratiæ gratiam addere specialem, prædictum thelonium præfato Episcopo, & ipsius Ecclesiæ, concedimus, sicut ipsum, ex concessione supradicti nostri prædecessoris, eadem Patauien. Ecclesia tenuit ex antiquo; defectum nihilominus, si quis ipsi concessioni inerat, ex plenitudine Regiæ potestatis, & gratiæ speciali, supplentes. Nulli autem omnio liecat hac benignitatis nostræ gratiam infringere, vel eidem ausu temerario contraire, quod si fecerit, grauem nostræ serenitatis offensam se nouerit incursum. Testes huius gratiæ nostræ sunt; venerabiles Magunt. & Salzburg. Archiepiscopi, Herbipolen. Ratisbon. & Chimen. Episcopi; illustres L. & H. fartres, comites Palatini Rheni, Duces Bauar. H. Landgravius Hasslia, principes nostri dilecti; & nobiles, Marchio de Burgavv, Fridericus Burggrauius de Nurenberg, Albertus de Hohenberg, Hugo de Wertenberg, E. de Lyningen, E. de Kazenelbogen, Io. & H. de Sponhaim, Comites, & alij quām plures. In cuius testimonium presentis scriptum exinde conscribi, & maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Dat. Patauiæ in castris, VI. Kal. Octobris, ind. IV. Anno Domini M. C. LX. XVI. Regui verò nostri anno tertio.

V-

R Odofus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, omnibus in perpetuum. Regiæ maiestati conuenit, ut memoriter recolamus, ac fauorabiliter attendamus, quantâ fidei puritate, quantoq; deuotionis studio & affectu charissimus princeps noster, venerabilis Petrus, Patauien. Episcopus, reipublicæ veneretur honorem, nostraq; priuata comoda diligit & sequatur, ut dum grata seruitia, quæ Imperio Romano & nobis impedit, ad ueritatem, ad hoc etiam nostræ considerationem, intuitum conuertamus, quas grates & gratias referamus eidem. Dictus siquidem princeps noster, post diversa pericula & labores plurimū sumptuosos, quibus se suamq; Ecclesiam, pro saluandâ Reipublicâ, infatigabiliter onerauit, non contentus obsequio, quod Romano Imperio in persona nostra deuotus exhibuit, nos etiam in charissi-

sumis liberis nostris honorare decreuit. Nam feuda illa omnia & singula,
 quæ sibi & Ecclesiæ suæ per mortem claræ memoriae Principum Austriae, in
 eadem terrâ vacare ceperant, charissimis filijs nostris Alberto, Hartmanno
 & Rudolfo, ac eorum liberis, & hereditibus masculis contulit, ipsosque ad
 instar & formam dictorum Principum, infeudauit, hijs duntaxat exceptis,
 quæ de feudis prædictis dicto principi, & Ecclesiæ sue Patauen. inferius affi-
 gnauimus, Nec non iure patronatus parochialis Ecclesiæ in Halabrunne, quam
 Ecclesiæ, cum pertinentijs suis, bona memoriae Bertoldus, quondam Pata-
 uen. Episcopus, ad mensam Patauen. Capituli iure perpetuo contulit, & con-
 cessit, eo tempore, quo sibi & Patauen. Ecclesiæ prædictæ feuda præmissa
 per mortem bona memoriae quondam Friderici Ducis Austriae vacauerunt:
 cui collationi, nomine nostro & Romani Imperij, ad instantiam prædicti Petri
 Episcopi Patauen, quantum nostra interesse potest & poterit, consentimus,
 & quantum ad nos respicit autoritate Regia approbamus. Propter hoc au-
 tem filijs nostris hanc liberalitatem faciens dictus Episcopus, ut & ipsi, ac eo-
 rum posteri, accepti beneficij memores, dictum Principem, & ipsius Ecclesiæ
 amoueant, diligent, & honorent, quodque gratiam, quam suæ Ecclesiæ fa-
 cimus, quæ inferius exprimetur, gratam & ratam teneant, nec subuertere stu-
 deant, sed aduerrant potius, quod à Deo recipient potiora, si Ecclesijs se de-
 uotos exhibeant, & paratos præbeant in earum iuribus & honoribus conser-
 uandis, illistamen præcipue, quarum beneficiis ad obsequia obligantur. Ve-
 rū cum honori nostro conueniat & saluti, ut damna, quæ pertulit, labores,
 quos sustulit, graues sumptus, quos fecit pro honore imperij dictus Princeps,
 eamque fidei claritatem, quam in liberis nostris nobis exhibuit, dignâ retribu-
 tionis vicissitudine cognoseamus; nos de feudis prædictis, antequam nostris fi-
 lijs eadem conferrentur, redditus ducentarum liberarum visualis monetae Wie-
 nen. deduximus, & deduci mandauimus, quos prædicto Episcopo, Principi
 nostro, & Ecclesiæ Patau. dedimus, tradidimus, reliquimus, & concessimus
 pleno iure, & iusto Dominij titulo perpetuo possidendos, ac in utilitatem &
 vsum ipsius Episcopi. & Patauen. Ecclesiæ conuertendos. Sunt autem hec
 nomina illorum bonorum, quæ de feudis prædictis sepedicto Patau. Episcopo,
 & Patauen. Ecclesiæ remanebunt: Forum Trebense, cum omnibus suis per-
 tentijs, agris, pascuis, sylvis, pratis, molendinis, punctionibus, aquis, aqua-
 rum decursibus, iudicio videlicet causarum ciuilium & criminalium seu san-
 guinis, naulo vel iure passagij, theoloneo, quod datur ibidem de omnigran-
 no, cum omnibus & singulis redditibus, prouentibus, & utilitatibus, & Iudi-
 cijs quibuscunque, quæ ad principem terræ Austriae pertinebant ibidem, cum
 insula adiacente, quam illustris Othakarus Rex Boemorum pro vnu & com-
 modo ciuium quondam annexuit dicto foro, quæ omnia pro redditibus an-
 nuis octoginta librarum prædicto Episcopo, & Patauen. Ecclesiæ assignamus
 perpetuo possidenda. Item villam Gaisruk, cum agris, sylvis, pascuis, pra-
 tis, molendinis, punctionibus, aquis, aquarum decursibus, & omni utilitate,
 aciure, & iudicio ciuili ac criminali, ac alijs quibuscunque, quæ ibidem ad
 terræ principem pertinebant; quam villam, cum suis pertinentijs supradictis,
 pro redditibus annuis XXIX. librarum prædicto Episcopo & Ecclesiæ Pata-
 uen. assignamus perpetuo possidendam. Item in villa Holern sex mansos,
 & dimidium mansum, qui Lehen vulgariter nominantur, quatuordecim libras
 soluentes, quos ibidem nunc habuimus liberos & solutos, cum omni iure, si-
 cut in superioribus est expressum, donamus & concedimus Episcopo, & Pa-
 tau. Ecclesiæ supradictæ. Item ius aduocatiæ in bonis & prædijs Patauen.

Capit.

Capituli in villis Pischoldorf & obern Neufideli, ac alijs ad eandem aduocatiam
pertinentibus, cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis princi-
pi terræ, pro iure, quod Marckfuter dicitur, pro triginta quatuor librarum reddi-
tibus, minus sexaginta denarijs, predicto Ep̄o, & sua Ecclesiæ assignamus perpe-
tuò possidendum. Item iudicium criminale vel sanguinis in sancto Yppolito, in
Mautern, in Zaisemur, in Kunigsteten, & alijs in bonis & possessionib⁹ ac homi-
nibus Ecclesiæ Patauensis sitis in Tullen, iudicio, quo cunq; nomine censeantur,
non obstante, quod idem iudicium ad dominū terre Austriae pertinebat, damus
& tradidimus perpetuò Pataueni Episcopo, & Ecclesiæ suæ cum iure pleno, &
mero Imperio iudicandi. His adjicimus septē librarum redditus in Zaisemur,
& vnius libræ in Mautern quæ iudicii Tullensi, ratione aduocatiæ dari haec tenus
annis singulis consueverunt, sic, quod ammodò nostri iudices Tullen, vel alij
qualescunq; nullum ius, nullum q; iudicium seu exactiōem aduocatiæ nomi-
ne ibidem sibi audeant vendicare. Huius autem iudicij, & aduocatiæ, & reddi-
tuū prouentus & fructus damus & tradidimus predicto Episcopo, & Ecclesiæ suæ,
pro redditibus annuis quatraginta trium librarum, & sexaginta denariorum
Wienn, estimatos, hoc adiecto, quod nos, si voluerimus, assignabimus, eidem, &
ecclesiæ prædictæ, usque ad festum purificationis B. Mariæ Virginis proximum,
& abinde per annum, tot librarum redditus de feudis ad patauen. Ecclesiam
pertinetibus, de quibus supradictum est, in locis congruis, adiacentibus Hof-
marchijs episcopi supradicti; Qua assignatione complerā infra prædictum ter-
minum constitutum, quicquid predicto Episcopo, & Ecclesiæ Pataueni assigna-
vimus pro redditibus quadraginta trium librarum, & sexaginta denariorum, ad
nos liberè reuertetur. Quod si assignationem non fecerimus infra terminum
supradictum, ex tunc assignatio omnium prædictorum tam libera, quam perpe-
tua ex donatione Regia, Pataueni. Ecclesiæ remanebit. Ex nunc autem dedimus
& concessimus officialibus prædicti Episcopi, quos adhoc præsens, vel futuri E-
piscopi Pataueni, duxerint ordinandos, plenam & liberam potestatem iudicandi
de crimine, & iudicium sanguinis exercendi; ac in trib⁹ locis, videlicet, in sancto Yppolito, Mautern, & Zaisemur, surcas seu patibula, truncos, & tormenta a-
lia, quibus Reorum crima puniuntur, publicè erigendi, concesto ipsis eo iure,
quod Bannum vulgariter appellatur. Feudorum tamen prædictis nostris filijs
concessorū ordinatio & conseruatio in nostris manib⁹ remanebit tantum pro
tempore vite nostræ. Quod si filii nostri decederent sine heredibus masculis, di-
cta feuda ad prædictū Pataueni Ep̄m, & suam Ecclesiam reuertentur. Ceterum
si quæ feuda prædictæ Ecclesiæ alias quam per mortē dictorum principum vaca-
re ceperint, vel incipient in futurū, de illis dictis Ep̄s, vel successores ipsius, ad v-
tilitatem & commodum suæ Ecclesiæ ordinabit; ad quod utiliter exequendum
nos, & nostros liberos, adiutores habebit, & sentiet promotores. Testes præsen-
tis ordinationis sunt venerabiles principes nostri, Bertoldus Babenberg, Io-
annes Chimen., & Bernhardus Secouien. Ecclesiarum Episcopi, Albertus Dux
Saxoniæ, gener noster, Albertus & Hartmannus, filii nostri, Comites de Hab-
spurg, Fridericus Burggravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Kazenelbo-
gen, Marchio de Hochpurg, Philippus de Wolandia, Ulricus de Tauuers, Magi-
ster Gotfridus, Praepositus Solien, protonotarius noster, Otto de Bertoldorf,
Camerarius Austriae, Ulricus de pilichdorf, dapifer Austriae, Ioannes de Mersch-
vanch, Ulricus de Vichofen, Wighardus de Slet, Bertoldus de Haidendorf, Mi-
lites: Magister Conradus scriba Austriae, & alij quam plures, in cuius rei testimo-
nium præsens scriptum exinde conscriptū Maiestatis nostræ sigillo iussimus co-
muniri. Dat. apud nouā ciuitatē, VIII. Kal. sept. Ind. VI. an. Dñi M. CC. LXXVII.
Regai vero nostri an. quinto.

VI. Ru-

R^udolfus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis ciuib^s
de Mautarn, dilectis fidelibus suis, gratiam suam & omne bonum. Quia ve-
nerabili Petro, Patauien: Episcopo, principe nostro charissimo, nobis referen-
te cognouimus, vos in iuribus vestris, quae vobis circa Danubium competunt
ab antiquo per diminutionem & subtractionem eorūdem, turbari contra iusti-
tiam, & offendit; Nos huiusmodi iurum vestrorum l^ectionibus, tam pr^{es}enti-
bus, quam futuris, cauete salubriter cupientes, deuotis etiam principis nostri
pr^{ed}icti p^{re}cibus inclinati, vobis pr^{es}entium tenore concedimus, & fauora-
biliter indulgemus, ut omnibus iuribus vestris antiquis, tam in terris,
quam in aquis, vbiue, tanquam ciues nostri de Stain, & de Crems, in-
tegrè & completem perpetuo gaudeatis. In cuius prouisionis nostra testimo-
nium euident & cautelam, pr^{es}sens scriptum exinde conscribi, & Maestatis^s
nostræ sigillo iussimus communiri. Datum Vienn. IV. Non. Aprilis indit. VII.
Anno Domini M. CC. LXXIX. Regni verò nostri Anno sexto.

R^udolfus Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus, vniuersis sacri
Imperi Romani fidelibus, pr^{es}entes literas inspecturis, gratiam suam &
omne bonū. Ex quo ad imperij Romani dirigenda molimina nos diuina boni-
tas euocauit, lib^{er}ter pr^æceteris, qui nostræ curæ sunt crediti, ecclesiæ, & perso-
nas earū, in suis libertatibus volumus conseruare, & respicere vberiori affluen-
tiâ gratiarum, ne ille, in cuius manibus sunt omnia iura regnorum, circa suos
ministros nos inueniat negligentes. Sanè cùm insignis Patauien. ecclesia, &
capitulum, ab illustribus Leopoldo & Friderico, quondam Austriae & Styriae
Ducibus, beatæ memorie pr^ædecessoribus nostris, in eisdem Ducatibus hac
continuâ libertate sunt freti & gratiâ, quod, prout ex eorundem Ducum pri-
uilegijs super hoc ipsijs traditis & concessis collegimus & vidimus evidenter, o-
mnia victualia sua, tam vinum, quam frumentum, & quæcunque alia ad com-
munem mensam eorum spectant: seu ad usum, per Danubium & Enum vndiq;
sine Muta & fürsart ac sine omni exactione liberè transducantur. Nos nolentes
eidem ecclesia, & capitulo, libertates suas minuere, sed eos potius in eisdem
potentialiter conseruare; Ipsijs pr^ædictam libertatem & gratiam de nouo dona-
mus, & liberaliter confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
pagina m^u nostra donationis & confirmationis infringere, vel ei in aliquo ausu
temerario contrarie, quod qui fecerit, grauem nostræ Maestatis offensam se
noverit incursum. In cuius rei testimonium pr^{es}sens scriptum exinde con-
scribi, & nostræ Maestatis sigillo fecimus communiri. Datum Wien. IV.
Cal. Maij. Ind. IX. Anno Domini M. C. C. LXXXI. Regni verò nostri Anno
octavo.

Commentum Lazij, Cuspiniani, & aliorum de Episcopo Patauien. Saxonie Duce, Ddd.
Friderici Pulchri Austriaci contrà Imp. Ludouicum IV. Bauariae Ducem suffragatoris,
cum a D. Hundio satis, ni fallor refutatum est, tum ab alijs alibi.

Ludouicum quoq; IV. Imp. Bauariae Ducem erga Episcopum & Ecclesiam Patani-
ensem beneficium fuisse, sequentes literæ teſtantur.